turbulento magis riuulo quam de purissimo fonte potare·
EVSEBIVS HIERONIMVS SOFRONIO SVO
Scio quosdam putare SALVTEM·
psalterium in· v· libros esse diuisum· ut ubicumque
apud· lxx· interpretes scriptum est· ΤΗΝΟΙΤΟ
ΤΗΝΟΙΤΟ· id est fiat fiat finis librorum sit· pro
quo in hebreo legitur amen amen· Nos hebreorum
auctoritatem secuti· et maxime apostolorum qui semper in nouo tes
tamento psalmorum librum nominant· unum uolumen asserimus·
Psalmos quoque omnes eorum testantur auctorum· qui ponuntur in titu
lis dauid· scilicet asaph· et idithun· filiorum chore· aeman
ezraitę· moysi· et salomonis· et reliquorum quos ezras uno uo
lumine comprehendit· Si enim amen pro quo aquila transtulit
ΠΗΡΙϹΤΩΜΗΝΩϹ· in fine tantum modo librorum ponitur· et non in
terdum aut in exordio aut in calce sermonis siue senten
tiae· numquam saluator in euangelio loqueretur· amen amen dico
uobis· et pauli epistolę in medio illud opere continerent· mo
yses quoque· et ieremias· et ceteri in hunc modum multos habe
rent libros· qui in mediis uoluminibus· amen frequenter
interserunt· sed numeros· xxii· hebraicorum librorum· et miste
rium eiusdem numeri commutabitur· Nam et titulus ipse
hebraicus sephartalim quod interpretatur uolumen ymnorum
apostolicę auctoritati congruens· non plures libros· sed unum
uolumen ostendit· Quia igitur nuper cum hebreo disputans
quedam pro domino saluatore de psalmis testimonia protu
listi· uolensque ille te eludere per sermones pene singu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_39/0082